

*stift Merseburg I, S. LVI, LXI–LXIII und LXVI. — Zur Sache vgl. Nr. 144, die mit A zum Teil wörtlich übereinstimmt.*

Nos Henricus de Glizberc, Iohannes de Alstete advocati<sup>3)</sup> recognoscimus et | presentibus litteris protestamur, quod tres mansos cum sex areis sitos in pago et | villa Knapendorph, quos iure feudali a domino nostro marchione Misnense<sup>a)</sup> lon|gis retroactis temporibus tenuimus ex successione paterna, receptis ab ecclesia Mersbur|gensi XXXIX marcis argenti eidem domino nostro voluntarie resignavimus supplicantes, | quod eosdem mansos cum areis prelibatis ecclesie Mersburgensi cum proprietatis, dominii | et possessionis [iuribus dare] vellet perpetuo possidendos, in quo iam dictus dominus | noster secundum sol[itam suam beni]ficenciam nos liberaliter exaudivit.<sup>4)</sup> Ideoque univer|sis Christi fide[libus tam presentibus] quam futuris presentibus volumus esse certum, quod in | mansis et areis [prenotatis o]mni iuri, quod nobis in presenti competebat vel com|petere poterat [quomodolibet<sup>b)</sup> in] futuro, renunciavimus<sup>c)</sup> totaliter et omnino. Sane ut | super premissis oblivionis incommodum, sinistre interpretationis calumpnia nullum | sibi locum valeant vindicare, super eis presentem paginam conscriptam si|gillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Acta sunt hec Lipzk in ecclesia | beati Thome apostoli anno gratie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LVI<sup>o</sup>, XVII kal. decembris, presentibus | eis, quorum nomina sunt subscripta: Hermannus comes de Mannesvelt, Albero burgravius | de Liznik, Albertus dapifer de Burne, Henricus de Kozsowe, Henricus de | Amendorph, Vlricus filius Henrici de Kozsowe, Cristoforus notarius.

(SP. 1)

(SP. 2)

## 146.

*Markgraf Heinrich von Meißen bestätigt der Stadt Altenburg auf wiederholtes Bitten der Bürger ihre durch die Gnade des Reiches ausgeübten Rechte, Gewohnheiten und Freiheiten.*

1256 Dezember 3

*Original: Altenburg, Stadtarchiv, Urkunden, Nr. 1 (A); Abb.: Gabelentz, Zur Geschichte des Pleißnerlandes, Tafel nach S. 288, Faksimile II (Ausschnitt: Z. 1–4); Patze, Altenburger UB, Taf. 3 (Ausschnitt: Z. 1–6) — Provenienz: Altenburg, Stadt — Pergament: 48,0 cm breit, 61,8 cm hoch, keine Plica — Besiegelung: (1) angekündigtes abhängendes Siegel des Markgrafen Heinrich von Meißen verloren; (2) nicht angekündigtes ab-*

145. a) *sic AB.*

b) *quomolibet B.*

c) *sic AB.*

3) *Zur Genealogie der Herren von Gleißberg vgl. Nr. 92, Anm. 1.*

4) *Die Übertragung der Güter erfolgte am 13. November 1256 vor dem Landgericht in Schkölen; siehe Nr. 144.*